



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Decima mista est, quae de agnis, & aliorum foetibus animalium
debitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

¹⁶ Vbi verò consuetudo f^t non excusat, prædialis decima debetur de omnibus ter-
re fructibus, & proventibus, ut de omni
frumento, & grano, etiam in palea, de fa-
bis, & aliis leguminibus de nucibus, casta-
neis, olivis, pomis, & aliis arborum fructi-
bus, de vino, canape, lino, coto, f^{acto} ^{18 37}, quod in fasciculos redigitur, hortorum o-
leribus ad usum patochi lignorum, & pa-
scuorum, de quibus per Host. in sum. de
decim. num. 5, & non solum de fructu, qui
germinat, sed etiam de fructu, qui non
germinat, qui proprie appellatur redditus, ut de molendino, de cuius fructibus deci-
ma debetur, non deductis sumptibus fa-
ctis pro hujusmodi redditibus habendis,
ut tenet Abbas in cap. pastoralis, num. 2. de
decim.

Prædialis f^t verò debetur de jure divino
¹⁷ ex communi canonistarum sententia rela-
taper Covar. in lib. 1. var. resol. His ac-
cedunt innúmeræ Sanctorum Hierony-
mi, & Augustini, Rot. Rom. & Concilio-
rum Maguncia, & Trident. & tantorum
Patrum in Spiritu sancto legitimè con-
gregatorum auctoritates, à quibus solu-
tionem decimarum Deo debitam esse,
fuit pronunciatum, ut supra post principi-
um, ver. primò auctoritate, & quicquid te-
neat Covar. loco proximo citato, & ibi in ²⁰
ver. praterea, quod nec jure naturali, nec
divino decimæ debeantur, est contra com-
mūnem opinionem comprobata à la-
tero concilio Tridentino novissime cele-
brato, quod expressis verbis decimarum
solutionem debitam esse Deo pronuncia-
vit, ut in cap. 12. de reform. sess. 25. quod
quidem contrariā interpretationem non
admitit sine Papæ auctoritate. Sed
quod integra decima pars fructuum, aut

vigesima, vel trigesima debeatur id non
cadit sub divino præcepto. Verum, quod
ali quid decimarum loco Deo offeratur, ut
agnoscatur supremus rerum omnium Do-
minus, hoc jus divinum, & naturale præ-
scribit. Azot. lib. 7. institut. moral. cap.
18 37, sub ver. his positio, & jure t^f positivo
mandatur, ut perfolvantur decimæ tan-
quam jure divino debitæ sub excommu-
nicationis pena, ut cap. per venit, & cap. in
aliquibus de decim.

Ubi autem consuetudo recepta est, &
legitimè t^f præscripta, quod decima non
solvatur, solvi non debet, sed in solutione
facienda standum est consuetudini legitimi-
mè præscriptæ, quæ vim legis habet. Hinc
intrat præsumptio, quod olim Romani
Pontifices remiserint decimas laicis quo-
dammodo titulo permutationis, pro bonis
ab ipsis ad ecclesiarum, & clericorum
usus assignatis, ea lege, ut dotarent ecclesiæ,
& necessaria vita subsidia clericis præ-
berent, dummodò aliquid persolvatur, &
clericis necessaria ministrentur; prout plu-
ribus in locis fuerint ecclesiæ ditatæ, &
ubique de aliquibus bonis dotatae, ut per
Azot. eod. lib. 7. cap. 37. ver. ex hu-
mula.

Mista decima t^f est, quæ de agnis, & ali-
orum foetibus animalium debetur, ut per
Hostiens. in summ. num. 3. in ver. quod
sint solviturque etiam de lacte, caseo, la-
na, ovibus, & omnibus aliis fructibus
animalium, etiam de cera, & melle
apum.

Personales t^f solvuntur de venatione,
piscatione, de captis in justo bello, stipen-
dio militum, lucro Advocatorum, & Pro-
curatorum, de lapidicinis, & auri, aliorum-

Vv 3

que